


Nos Officiolatus I Comitatus Albensis Transyl-
 vaniae Superioris damus pro memoria renote praesenti-
 um significantes quibus expedit universis et singulis: quo-
 cum Anno isthuc currenti millesimo octingentesimo vigesi-
 mo, die vero decima tertia Februarii pro tractandis, et ad e-
 xigentiam muneris nostri obeundis altissimi servitii et Pu-
 blici commoda respicientibus negotiis in loco Praetorii Comi-
 tatus Possessione videlicet St. Martonfalva una simul es-
 semus constituti, pro tunc Spectabilis ac Generosus Dominus
 Wolfgangus Bolyai de Bolya Professor Mathematicos et scien-
 tiarum Naturalium in celebri Collegio Reformatorum A-
 gropolitano publico Ordinarius supplicem Nobis porrexit Libellum
 condacenti cum modestia flagitando, ut Eidem super quali-
 tate, et capacitate ejusdem personali publicum et Authenticum
 elargiri, et fide Officiali munus extradare vellemus Testimoni-
 um. Nos proinde quibus et nascendi socis, ac conditio, et eximia
 ingenii capacitas et praeclara indoles, et inculcata morum integritas,
 ac vitae ratio, praedicti supplicantis tanquam nati in gremio I. hujus-
 ce Comitatus, et per eam ejusdem Commembris et propinquo appropin-
 quata sunt, nulli dubitavimus vigore praesentium fide publica testa-
 tum reddere: Eundem praetitulatum Dominum Wolfgangum Bolyai
 ex antiqua, et Inelya Bolyaiorum prosapia oriundum posteaquam
 tantam aetatem per omnem honestarum, ac liberalium Artium et Sci-
 entiarum culturam eo cum profectu exegisset, ut nomen ejus inter nos
 nunquam sine concomitanti elucescentis jam tunc inter aequales in-
 genii et habilitatis novo quodam specimine audiretur, mox quo pa-
 trem nazae ad majora indolis campum nancisceretur exteras cul-
 tioris Europae oras perlustrasse - Redux in Patriam cum praesentia
 praecedentem nominis sui famam superaret, dignus omnino videba-
 tur qui in publicum et ordinarium Mathematicos, Physicos, et Chemis Pro-
 fessorem in Ill. Reformatorum Collegio Agropolitano eligeretur. Quo qui-
 dem munere condecoratus non modo Juventutem in spem Patriae sue,
 crescentem indefesso conatu et assiduitate, prudentia item, et moderamine
 erudire

BF 153/1^v

erudire et educare allaboravit, sed inter haec raras animi sui dotes, tam
luculentis in vulgus dimanare passus est indicium, ut peregrinum ferme in
literatibus Provinciae negotiis esse oporteat, cui intellectum esset nunquam.
Eundem egregium ac nobilem Wolfgangum de Bolya non modo in sublimi,
oris indaginis Mathematicos Necessitates, et Naturae latebris, sed in adpli,
catis ut vocant partibus versatum, plerasque insuper Artes, quibus usus
viciae communis indiget, et inter alia educationem ac cultum Arborum ac
Sylvarum sibi ita familiares reddidisse, ut haec Artes non industria, et
studii per eum adquisitas, sed Eidem commatae videantur, rara uberis,
vis Ingenii felicitate defectum Officialis exercitationis, quo per sinistram
livoris interpretationem acquerebat, domesticis usu et praxi supplebo.
Iam vero inculpatam morum integritatem, indefessam in concedendis
sibi negotiis Assiduitatem et diligentiam, Obedientiam erga Superio-
res, sinceritatem erga pares, inter virtutes ejus commemorari eo quo
in dubium vocentur a nemine superfluum. Dignum proinde censei
qui pro consequendis Altiorum honorum gradibus Superiorum favori
aequarimirati et Benevolentiae, Gratiae item Clementiaeque Caesaris
Regiae Principali commendetur. Quo super Nos litteras Testimo-
niales fide Officiali, et Authentico I. Comitatus sigilli munimine
roboratas Eidem Spectabili ac Generoso Domino Wolfgango Bo-
lyai de eadem extradandas decernimus et concedendas communem
Iustitiam et aequitate svadentes. Datum Anno, Die locoque supra
notatis.

Stephanus C. Miko m.p.
administratores



Alexius Kötzei m.p.
S. Morar

Praesentem Copiam e veris suis Originalibus omnimode con-
formiter descriptam esse fide nostra mediante testamur manuum
proprium subscriptionibus et sigillorum Usualium impressioni-
bus id ipsum corroborantes.

David Forsag. de Hardyla et Adamus Bodoff. J. Morar
I. Tabulae R. Juratus, Scriba Jur. Hottus Ch. Supr.
ac Notarius.

Correcta per eosdem


BF. 153/2

raras animi sui dotes, tam
liis, ut peregrinum ferme in
cui intellectum esset nunquam
de Polya non modo in sublimi,
aturae latebris, sed in adpli,
e insuper Artes, quibus usus
onem ac cultum Arborum ac
hae Artes non industria, et
natae videantur, rara uberior,
excitationis, quo per sinistram
cio usu et praxi suplenbo.
indefessam in conceditis
obedientiam erga Superio,
s ejus commemorari eo quod
on - Dignum proinde censeri
radibus superiorum favori
m Clementiaque Coesareo
super Nos literas Testimo,
ritatus sigilli munimine
Domino Wolfgango Bon
concedendas commun
Anno, Die locoque Supra

Alexius Köntzei my
S. V. Morar

iginalibus omnimode con
ediantur testamur manuum
m Usualium impressioni,

unus Boddy J. Morar
Hottus M. Supri



2

BF. 153/2^v



0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30